





M.  
d. p.  
H.  
J. v.  
A.  
A.  
J.  
d. A.  
of  
d. h.  
A.  
A.  
A.  
A.  
A.  
A.



**A**

M. Antonii Aurelii numo Contourniato . . . . . 2.

d. prima Academia villa Platonis cū nova Hallensium collata . . . . . 8.

Historia philosoph. rationalis apud Arabes et Turcas . . . . . 9.

d. vita Aeterna gentium fere omnium concertus . . . . . 13.

Apostolici concilii Canone . . . . . 15.

Arausiconensis Principatus historia et fata . . . . . 17.

Quod Abominabile Deo est . . . . . 18.

d. abstractione . . . . . 22.

d. Atheo convincendo ex artificiosissima corporis hum. structura . . . . . 26.

d. Auro obryso et argento pufulato . . . . . 28.

Αποκτακταλιον Philologicū . . . . . 29.

Algebra Cartesiana Calculo . . . . . 35.

Aeternitatis Creaturar. repugnancia . . . . . 44.

Animi indice incessu . . . . . 47.

**B**

Engwäbrist. Cöpf . . . . . 3.

**C**

Collapsi Hierichuntis muri . . . . . 1.

d. Contourniato numo M. Aurelii Antonini . . . . . 2.

d. sancte legendis philosophis . . . . . 11.

Ceremonie gentis Samaritand. . . . . 12.

Concertus omnium fere gentium de vita aeterna . . . . . 13.

Canone Concilii Apostolici . . . . . 15.

Ciceronis Scriptorum lectione . . . . . 25.

Convincendo atheo ex structura corporis humani . . . . . 26.

Cartesiana methodi regularum vindicatio . . . . . 33.

Calculo Algebra Cartesiana . . . . . 35.

Characteribus verae falsae sapientiae . . . . . 36.

Propagatione Philos. sub contentu . . . . . 40.

Christianis Ministris Caesarum gentilium . . . . . 41.

Creaturar. eternitatis repugnan-  
tia - - - - - 44.

**E**  
Entheorum icon - - - - - 6.  
Eruditorum palinodia - - - - - 19.

**D**  
Quod Deo est abominabile - - 18.

**F**  
De Finibus Germaniae nunquam  
mutatis - - - - - 40.

6.  
9.

**G**  
 Gentis Samaritanae historia et cere-  
 monia . . . . . 12.  
 Gentium fere oium de vita aeterna  
 concentus . . . . . 13.  
 Gentiliu Cesaru Ministris Xhianis. 41.  
 Germania finibus numquam mutatis.  
 46.

**I**  
 Icon entheorum ex lumine  
 naturali . . . . . 6.  
 Inquirendi in veritatem melhadg. 14  
 Jure zelotarum in gente Hebraea. 37.  
 Incesu animi indice . . . 47.

**H**  
 Hierichuntis muri collapsi . . . 1.  
 Londnijsi Cognatibus Cöjose . . . 3.  
 Hallens. Academ. cu prima Villa  
 Platonis collata . . . . 8.  
 Historia philos. rationalis ap. Arabes  
 et Turcas . . . . . 9.  
 Historia gentis Samaritanae . . 12  
 Historia Principatus Atraniensis  
 17.

46.



Legendis caude Philosophis . . . . 11.  
 Lectioe scriptorū Ciceronis . . 25.  
 Libertate voluntatis . . 34.  
 ad Iusti Lipsii Polit. lib. 1. propo-  
 dia politica . . . . 38.

K

M.  
 Muri Hierichuntis collapsi . . . . 1.  
 Mausoleum in Museo . . . . 3.  
 Mundi Spiritu Nietneriano . . . . 4.  
 Morum otiosa scientia . . . . 7.  
 Methodo in veritatem ingrendi . . 14.  
 Moralis Philos. limitibz suis cōscripta. 20.  
 Methodi Cartesiane regularum  
 vindicatio . . . . 33.  
 Ministris Cesarū gentiliū Christia-  
 nis . . . . 41.  
 Miscellanea Theses Schulhii . . 42.  
 Finibz Germaniae nunquam Muta-  
 tis . . . . 46.

11.  
25.  
34.  
2.  
38.  
  
1.  
3.  
4.  
7.  
14.  
20.  
m  
33.  
41.  
42.  
46.

Ostiosa morum scientia . . . . 7.  
Ortu et progressu rei humanae  
ap. Germanos . . . . 16.  
d. Obryzo auro . . . . 28.  
Observat. Politica in Corn. Tacit.  
Annal. lib. 1. . . . 39.

**N**  
d. Nuno Contourniato M. Aurelii  
Antonini . . . . 2.  
d. Nietneriano Spiritu Mundi . . 4.  
d. Nuno h. Sept. Severi rarissimo. 10.  
Numanae rei ap. Germanos ortu  
et progressu . . . . 16.  
Numismatis argenti in memoria  
Palatii Salhdalensis expositio. 27.

**P**  
d. Poenis . . . . 5.  
Platonis villa prima academia  
eius nova Halleſin collata . . 8.  
Philos. rationalis ap. Arabes et  
Turcas historia . . . . 9.  
Philosophis caute legendis . . 11.  
Progressu rei humanae ap. Germ. 16.  
Palinodia Eruditorum . . . . 19.  
Philos. Moralis limitibus suis circu-  
scripta . . . . 20.  
Ex universa Philosophia theses  
miscellae . . . . 23.  
Pluvia prodigiosa . . . . 24.  
Pulsato argento . . . . 28.  
Αποκτανατιορ Philologicu . . 29.  
Possibilitatis radice . . . . 30.  
Praejudiciis . . . . 31.

Pagana Sapiencia non reprobanda . . . . . 32.  
 Pineas Zelota . . . . . 37.  
 Propædia Politica ad Justi Hippii  
 Politicor. Lib. 1. . . . . 38.  
 Politice Obseru. in Corn. Taciti An-  
 naliū lib. 1. . . . . 39.  
 Propagatione Philos. sub contemtu. 40.  
 an Philosophia, quæ veritates  
 ex lumine supernaturali infer-  
 tas habere videtur, naturalis  
 doctrina dici possit? . . . . . 45.

Q

Rationalis philosophiæ ap. Arabes  
 et Turcas historia . . . . . 9.  
 Rarissimo numo (Sept. Severi) . . . . . 10.  
 Rei numaria ap. Germ. ortu . . . . . 16.  
 Radice possibilitatis . . . . . 30.  
 Non reprobanda sapiencia pagana . . . . . 32.  
 Regularū methodi Cartesianæ vin-  
 dicatio . . . . . 33.  
 Repugnantia eternitatis creatura-  
 rum . . . . . 44.



*S*  
 Sepulchrales urnae . . . . . 3.  
 Spiritu mundi Nietneriano . . . 4.  
 Scientia morum otiosa . . . . . 7.  
 L. Sept. Severi numus rarissimus . 10.  
 Samaritanae gentis historia . . . 12.  
 Scriptum Ciceronis lectione . . . 25.  
 Atheo convincendo ex Structura  
 corporis humani . . . . . 26.  
 In Salhdalensis memoriam numis-  
 ma argenteum . . . . . 27.  
 Sapientia pagana non repro-  
 banda . . . . . 32.  
 Sapientiae verae falsae caracte-  
 ribus . . . . . 36.

*T*  
 Historia philof. rationalis apud  
 Turcas et Arabes . . . . . 9.  
 Temperantia . . . . . 21.  
 Theses Miscellae ex universa  
 Philosophia . . . . . 23.  
 Triplici Algebra Cartesiana Cal-  
 culo . . . . . 35.  
 In Corn Taciti lib. 1. Ann. observ.  
 Politica . . . . . 39.  
 Theses Miscellanae Schulhii . . 42.

169  
 9.  
 10.  
 16.  
 30.  
 32.  
 33.  
 44.



V. U.

- Vrno Sepulchrales ----- 3.  
Villa Platonis prima Academia  
cū nova Hallensiu collata ... 8.  
d. Vita eterna gentium fere  
omnium concertus .... 13.  
In Veritatem inquirendi metho-  
dus ----- 14.  
Voluntatis libertate ----- 34.

<sup>7.</sup>  
Pineas Zelota s. d. Jure Zelo-  
tarū in gente Hebraea ... 37.

1.  
COLLAPSO  
HIERICHVNTIS  
MVROS

LIB. JOS. CAP. VI, 20. memoratos,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DN. JOANNE GVILIELMO  
DUCE SAXON. JULIACI CLIVIÆ  
ac MONT. ANGAR. & WESTPHAL.  
&c. &c.

P R Æ E V N T E

JO. ANDREA SCHMIDIO  
Philosoph. P. P.

Ad D. Mart. c13 13c x c

DISSERTATIONE ACADEMICA

pervestigabit

JOANNES CHRISTOPHORUS OLEARILIS Hall. Saxo.  
AUTOR & RESPONDENS.

---

JENÆ Litteris KREBSIANIS.

ILLUSTRIS ac VENERAN-  
DISSIMI

PROTO-SYNEDRII ELE-  
CTORALIS BRANDEN-  
BURGICI

*Quod Hale Saxonum inclutè viget,*

PROCERIBUS,  
VIRIS SUMMIS

PATRONIS OBSERVANTISSIME COLENDIS

Hoc quaecunq; Laboris Academici  
Specimen

OBSERVANTIÆ MONUMENTUM

OBSEQUII DOCUMENTUM

PIETATIS SYMBOLUM

*Cum voto omnigenæ felicitatis*

Offert, Dicat, Consecrat,

AUTOR-RESPONDENS.



L. B. S.

**H**istorias sacras attentè legens, quis non admirabitur stupendam ac valdè miraculosam murorum Hierichuntinorum ruinam? Et sanè multa quidem alia occurrunt miracula, quæ non minus æstimatione quàm memoriâ ob infitam præstantiam habemus digna, sed hoc præprimis, dum singulari modò omnipotentiâ divinam nobis quàm apprimè ostendit, ac deprædicat, in ulteriorem attentionem atq; indagationem ut veniat operæ pretium putavi. Quare & ego, de materie dissertationis Academicæ meditans hanc murorum ruinam selegi, eamque pro viribus dilucidam reddere ac enodatam decrevi. Ast, utinâ pro dignitate rei satisfacere potuissem; Equidem impares agnosco vires, hinc voluntatem laudare meâq; tenuitati veniam eò lubentius dabis benignam; præsertim cum ob alias studiorum occupationes, quàm ob nonnullorû anxie licet desideratorum scriptorum defectum, (nolui enim aliorum oculis vel calamis legere aut scribere, quod tamen video sæpè ab iis fieri, qui nomē eruditi præ aliis sibi tributum volunt) ex votò institutū prosequi haud potuissem, quin & tam variè Variorum hujus loci opiniones per multis erroribus ac nævis refertæ ferè pertæsam reddidissent indagationem. Attamen hunc aggressus laborem, primò historiam ipsam, deinde murorum lapsum, qualis nimirum iste fuerit, & tandem miraculi verum declaravi autorem. Tu autem, L. B. ad cujus manus & oculos hæ pagellæ venient, æquò & candidò de primitiis studiorum meorum judicabis animò. Me sanè non promptiùs monebis errantem, quàm ego monentem te sequar. Et si quid ulli veritati hæc dissentaneum à me dictum est, id nec dictum esto. Vale.

A 2

§. I. Defun.

**D**Efuncto Mose Servo Domini, (a) Josua Successor summam administrans rerum, à Deo confirmatus ac corroboratus, exploratoribus antea emissis cum Israëlitis (quos plures quàm sexcenta millia pedum ac armatorum, cum ALPH. TOSTATO (b) putat JOH. BISSELIUS (c)) Jordanem transibat, terramque promissam ingressus mox Hierichuntem (de cujus origine, ut vult COSMA MAGALIANUS (d) historiae silent. de situ autem amcenò, variâque urbis denominatione vid. STRABO (e) FL. JOSEPHUS (f) AND. MASIUS (g) DAPPERUS (h) PETR. RAVANELLUS (i) ABR. CALOVIUS (k) MICH. WALTHER (l) aliique plures) nobilem aliàs urbem ac tam potentiâ quàm nequitiâ superioris Chanaanitidis facilè principem (m) sed non adeò magnam (n), summâ invadebat industriâ, modumque oppugnationis à Deo præscriptum observans adhibebat. Israëlitæ nim. è castris, quæ erant in Gîlgal, septem dierum spatiò adibant urbem, (id quod factum fuisse dicunt nonnulli A. M. 2493. (o) 2584 (p) 2727. (q) Mense Nisan, quem explicant alii tempus Aprilis, alii Martii, alii Maji, addere quoque quidam sunt ausi ipsum diem (r.), sed quis non videt rem planè incertam, de quâ adhuc multa sub Judice lis est; Et sanè benè notat h. l. CORNEL. à LAPIDE, *nihil potest hic certò statui, cum Scriptura S. nihil de eò tradat.* Mense autem Nisan tunc hæc plurima fuisse peracta innuit Jos. cap. V. v, 10. &c. Sed hæc obiter.) eamque extra teli jactum, ne quis ex eâ in ipsos tela jacere posset, (s) circumibant, & in sua quotidie revertebantur castra. Progredientium ordo erat iste: Antecedebat in fronte armatorum agmen formidabile procul dubio Jerichuntinis clavis palpitantibusque spectaculum, tum Sacerdotes, quorum septem

septem tubis clangebant, cæteri arcam fœderis portabant humeris, eos reliqua sequebatur promiscua multitudo. Sex prioribus autem diebus urbem tantum semel, die septimò circumibant septies. Hæc insuper ipsis Israëlitis, præterquam sacerdotibus clangentibus, summum silentium ad diem usque septimum præcipiebatur. Hòc igitur die, summo incipiebant diluculò septies circumire urbem, & post istas circuitiones sub finem ultimæ datò ab Imperatore Josuæ signò: Vociferamini, nam dedit Jehovah vobis istam civitatem: Omnis populus magna conclamabat voce, tubisque ipsis clangentibus Sacerdotibus muri suo corruiebant locò, ita ut populus, quâ quisque stabat regione ascenderet in civitatem, eamque expugnans quicquid in ipsâ erat, tam viros quam fœminas, juvenes & senes, jumenta & pecudes interneconi devoveret, exceptâ Rachabe, quam cum parentibus, consanguineis, omnique ejus supellectili exploratores jussu Josuæ educentes extra Israël collocabant castra, eò quod ipsa, in murò habitans, exploratores antea securos absconderat, funeque per fenestram demiserat, quin & hi ipsi vitæ condonationem cognatorum ac supellectilis conservationem juramentò promiserant. His peractis Hierichuntem & quicquid in eâ erat comburebant igne, argentò autem & auro, instrumentisque æreis ac ferreis, ob consecrationem Deo factam sepositis, Josua omnem execratus est diris, quisquis vastatam hanc urbem instaurare aggredetur, sic ut prima fundamenta jaciens filiò orbaretur primogenitò opereque absolutò natu minimum è liberis amitteret suis.

(a) Deut. XXXIV. 5. 6. (b) ad Jos. Cap. VI. Quæst. 8. pag. 102. Edit. Venet. 1596. (c) Ruinarum Illustr. Dec. II. Ruin. XII. cap. V. pag. 50. Edit. Diling. 1679. (d) Comment. in Jos. Tom. I. Cap. VI. Sect. II. annotat. VI. pag. 223. a. Edit. Turnon. 1612. (e.) de situ Orbis Lib. XVI. pag. 723. Edit. Basil. 1549. (f.) De Bellò Jud. Lib. V. cap. IV. pag. 736. Edit. Basil. 1554. (g.) comment ad Ios. cap. II. 1. pag. 37. 38. Edit. Antvverp. 1574. (h.) In der gewissen und gründlichen Beschreibung

Bung des gelobten Landes sonst Palästina genandt pag. 135. seqq. 141. seqq. Edit. Amstelod. 1681. (i.) Biblioth. S. voc. Iericho pag. 1213. a. Edit. Genev. 1660. (k.) Bibl. Illustrat. ad cap. Jos. V. (l.) in Ep. ad Hebr. cap. XI. 30. Homil. 79. pag. 967. Edit. Norimb. 1646. (m.) l. c. pag. 45. (n.) l. c. pag. 101. b. verba hæc sunt: *Quia si esset magna, non possent circumire eodem die urbem septies, potissimè, quia motus ille non erat velox, cum portaretur arca humeris sacerdotum, qui non poterant velociter procedere, nec decebat. Potissimè, quia post septenarium circuitum corruente murò urbis, deleverunt Israëlita omnes qui in urbe erant, in ore gladii, ab infante usque ad senem tam masculos quàm fæminas, & ab homine usq; ad pecus: quod aliquantò egebat spatiò temporis, & postea totam urbem succenderunt.* (o.) Christian. Adrichomius in Theatr. Terræ Sanctæ &c. (p.) Jacob Salianus Annal. Ecclesiast. V. T. Tom. II. pag. 280. 293. Edit. Col. Agripp. 1620. cum quò sentit Bisselius l. c. cap. III. p. 44. (q.) Gilb. Genebrardus in Chronograph. Lib. I. pag. 35. Edit. Paris. 1580. (r.) nempe 22. Nisan vult Seder Olam in Chronolog. Cap. XI. Edit. Paris. 1580. it. Salianus l. c. §. 96. p. 293. statuit, circuitionem inceptam, expugnationem v. fuisse factam nonis Maji asserit Bisselius l. c. cap. V. pag. 54. (s.) uti notat Cornel. à Lap. l. c. & Nicol. Serarius comment. in Ios. cap. VI. quæst. II. Tom. II. Edit. Mogunt. 1627. pag. 18. it. Salianus §. 94. l. c.

## §. 2.

Varia quidem in recensitâ Historiâ nunc essent observanda atque ulterius illustranda, sed cum ratio instituti hoc non ferat, tantùm solliciti erimus de miraculosò murorum Jerichuntinorum lapsu seu ruinâ, & quidem I. quò modò ipsi muri ceciderint, & II. quæ ruinæ istius fuerit causa efficiens.

## §. 3.

Nobis autem, dum I. aggredimur membrum, statim diversæ erroneæ scriptorum occurrunt opiniones. Alii enim 1. murum non collapsum, sed terrâ dehiscente absorptum; alii 2. murum collapsum sed non undiquaque vel in circulo opinantur. Quod priorem attinet, ipsam pronunciat CHALDÆUS PARAPHR. (a.) FRANCISC. VATABLUS (b.) PAGNINUS (c.) CODEX BERACH. (d.) R. D. Kimchi



KIMCHI (e.) R. ION. BEN UZIEL. (f.) LUD. LAVATE-  
 RUS (g.) SPANGENBERG. (h.) MAGALIANUS (i.) EM-  
 MAN. SAA (k.) LUD. de TENA (l.) GVIL. ESTIUS  
 (m.) CAJETANUS (n.) alique plures, quos singulos no-  
 minare non vacat. Sed hi ipsi dissentientes in duas abeunt  
 classes, quarum una murum totum absorptum terrâque ob-  
 rutum, altera muri tantum partem inferiorem submersam,  
 superiorem autem in superficie mansisse terræ, asserit. Ex il-  
 lâ prodit versio CHALD. l. c. quæ sic habet: ויבכו עמא ותקעו  
 בשופריא והוה כר שמע עמא יה קל שופרא ויבכו עמא  
 יבכא רבאונפל שורא דקרתא ואתבלע תחותיה  
 quæ ver-  
 ba ARIAS MONTANUS ibidem hoc latinò reddidit ser-  
 mone: *Et clamaverunt populus & clamaverunt in buccinis, & fuit,  
 quando audivit populus vocem buccinae & clamaverunt populus  
 clamore ingenti, & cecidit murus urbis, & absorptus est subius  
 se.* Huic accedunt citatorum plures ex quibus aliquos cum  
 rationibus simul addemus, præcipuæ verò hæ sunt a.) Quia  
 propter muri densitatis & altitudinis æqualitatem alio modò  
 impossibile fieri potuisset; hanc egregiam legimus in COD.  
 BERACH. l. c. Ubi inter ea, quæ singulari Dei miraculò  
 contigere & Israëlitis sine certis precibus non consideranda  
 essent, etiam refertur l. c. lin. 35 36. murus Hierichun-  
 tinus in sede suâ absorptus, quæ absorptionem probant pag.  
 2. lin. 24. verbis Scripturæ: *Et cecidit murus locò suò: ad  
 quæ verba Glossa ibidem interior annotat: Id per impossibile  
 fieri potuisse, nisi per absorptionem, ut suò sc. locò subsideret.*  
 Inquiritur porrò in asserti veritatem lin. 28. his verbis: *Num-  
 quid murus Jericho fuit absorptus, immo verò corruit? Quia  
 dicitur, & factum est, audiente populo sonum buccinae, ut al-  
 tam ederent vociferationem, & corruerunt muri locò suò? Re-  
 spondetur: Quandoquidem densitas & altitudo muri æquales  
 essent, exinde necessariò fuit absorptus, nam (ut Glossa anno-  
 tat) si in latus cecidisset, tunc ipse murus se exhibuisset eundem  
 murum, nec ruina fuisset agnita. Risum teneatis amici. β.) Ut  
 fine*

sine impedimentō post absorptum terrāque obrutum murum eō facilius urbem intrare potuissent Israëlita. Hōc argumentō utitur CAJETANUS l. c. ita differens: *Dicendo sub eā manifestat, quod vel in fossam circumcirca vel majori miraculo sub terram casurus erat murus, ut Israëlita non impedirentur à ruina muri sed liberum haberent ingressum circumcirca in civitatem.* Quam expositionem sibi non displicere innuit, MAGALIANUS l. c. porro LUD. DE TENAL. c. quando dicit: *Muri ergo ita corruerunt, ut à terrā absorpti sint - atque ita liber aditus singulis ex populō pateret, & ascenderet unusquisque per locum qui contra se erat. Cum quō sentit ESTIUS l. c. annotans ad verba: Et cadet murus civitatis sub se: Quasi dicat Deus, absorbebitur à terrā, ita ut mœnibus solò equatis sine impedimentō possitis percurrere in civitatem. it. VALENT. SCHINDLERUS (O.) Murus absorptus fuit à terrā in suō locō; si enim corruisset, non potuissent præ illō urbem ingredi. γ.) Ut miraculum eō ipso illustrius fuisset factum: Sic enim LUD. DE TENAL. c. Ex quō, (scil. antea adductō modō) factum est miraculum illustrius, ne quis diceret, tunc casu corruisse, sicut solent ædificia corruere, quia si id accidisset, non absorberentur à terrā, sicut reverà absorpti fuere &c. Cui suffragari videtur SPANGENBERG l. c. his verbis: *Murus absorptus est in terram, ut manifestō signō declaretur muros non fortunā quādam, sed miraculo per potentiam Dei antepredicatō modō dejectos.* Ex hāc autem classe ubi murus tantum ex parte dicitur subsedisse, præ cæteris se sistit R. D. KIMCHIL. c. hāc ratione nixus. Quò miraculi istius memoria foret perpetua. Sic enim ille scribit: *Quando autem Scriptura S. inquit וַיִּתְּחַלּוּ in locō suō, idem est ac si dicat, absorptum fuisse murum in loco suo, submersum terræ, ut parum de eo videretur ultra terræ superficiem in miraculi memoriam.**

(a) Jos. cap. VI. 20. cujus versio extat in Opere Regio Arizæ Mont. Tom. II. Antverp Edit. 1571. (b.) in annotat. ad Jos. cap. VI. 5. 20. Edit. Lutet. 1586. c., in Translat. cap. Jos. VI. 19. pag. 78. Edit. Lugd.

Lugd. 1527. (d.) cap. מנורר fol. 54. &c. (e.) ad Ios. cap. VI. 5. (f.) ad Ios. cap. VI. 20. (g.) ad Ios. cap. VI. Homil. 24. Edit. Tigur. 1576. (h.) in Tabb. ad Ios. cap. VI. Edit. Basil. 1563. (i.) l. c. Sect. I. Explicat. cap. VI. Ios. 5. pag. 199 b. it. Sect. II. Explicat. Ios. cap. VI. 20. p. 214. b. (k.) In Notation. ad Ios. cap. VI. 20. Edit. Colon. 1620. (l.) in Comment. ad Hebr. Cap. XI. 30. p. 180. Edit. Londin. 1661. (m.) in Comment. ad Ios. cap. VI. 5. Ed. t. Mogunt. 1667. (n.) Saliano l. c. 6. 106 citatus hunc in locum. (o.) in Lexic. Pentaglott. pag. 1699. Edit. Francofurt. 1613.

## § 4.

Quanquam autem hi singuli satis firmas suas putent rationes, quibus opiniones stabilire conantur, ipsas tamen respondendo explanabimus insufficientes. Et quidem primò ad prioris classis rationem respondemus *a.*) eam planè ridiculam esse, quasi verò ipsis murus Ierichuntinus satis fuisset cognitus atque perspectus, & quis unquam talem civitatis vidit aut inveniet murorum structuram, quorum altitudo & latitudo seu densitas eandem haberent dimensionem. Et ponamus tales extitisse muros, neutiquam tamen ideò impossibile quis dicere poterit, quod corruere potuerint, cum omnes & singuli (quibus sana mens est) Deo supremo omnipotentiam omnibus in rebus adscribere, & per consequens ab ipsò etiam tales muros potuisse effici collapsos, credere non recusabunt. *M*A S I U S quoque ad hunc locum (*a.*) sic differit: *Sed quibus quæso argumentis aut conjecturis efficiant, latitudinem altitudinemq; muri salvas mansisse sub terra? Verùm nihil est istis hominibus vanius futiliusq;.* Ad *β*) respondet *E*M M A N. de N A X E R A (*b.*) his verbis: *Rabbini arbitrantur muros non fuisse collapsos, sed terrâ debiscente desedisse, & absorptos sepultosq; mansisse. Huic opinioni patrocinatur Cajetanus dicendo, sub eâ, manifestat, quod vel in fossam circumcirca vel majori miraculò sub terrâ casurus erat murus, ut Israëlita non impedirentur à ruinis muri. Sed cum ista absq; miraculò componi queant, non est cur ad illa recurramus. Muri ergo collapsi aditum ad civitatem etsi aliquantulum arduum, pervium tamen præbuerunt. Et mox I D E M. (*c.*) Chaldeus, inquit, mu-*

B

rurus

rum subitus se absorptum tradit; verum ad civitatem aditum  
non planum, sed per collapsos murorum acervos ingredi opus  
fuisse, innuere videtur verbum illud: Ascendit unusquisque; nam  
denotat aliquam acclivitatem & saxorum eminentiam fuisse, non  
complanatam & substratam viam. Ad hæc SERARIUS (I. C.  
ad cap. 12. quæst. XX. p. 37. sic loquitur: si mœnia corruerunt  
& nulla fuerunt fosse, quàm delicatos ii nobis milites proponunt,  
qui per dejectos murorum acervos in urbem irruere aut non  
potuisse aut noluisse viderentur? Egregiè quoque ad hunc lo-  
cum scribit B. GLASSIUS (d.) magnus ille Poli Theo-Phi-  
logici Phœbus: Et cadet murus urbis מִן־תַּחַת in locò suò. Qui-  
dam propriam significationem, sub, retinent, Chaldeum interpre-  
tem secuti, qui habet vers. 5. וַתִּכְרַע & absorbebitur sub  
se. Sic vers. 20. Schindlerus: Murus absorptus fuit à terrâ in lo-  
cò suò. Si enim corruisset, non potuissent præ illò urbem ingredi.  
Sed si miraculum (quod & terra subitam disruptionem ejusque  
post absorptos muros reclusionem, ut transfiri locus potuerit, in-  
cludit) fuisset factum, pluribus procul dubiò verbis Spiritus San-  
ctus id exposuisset, uti Num. XVI. 31. 32. factum. Et mœnia et-  
iam diruta militibus ad irruptionem pervia esse, experientia do-  
cet. Addimus licet aliorum SALIANI verba (e.) Sic au-  
tem ille: Hoc miraculum neque textui nostro consentaneum ad-  
modum est, & terrendis potius Israëlitis aptum, quàm juvandis  
aut animandis, & planè non necessarium, itaque nec admit-  
tendum. Quod γ.) concernit, equidem non negamus po-  
tuisse fieri miraculum eò ipsò illustrius, sed à posse ad esse  
non valet consequentia. Et certè i. Deus per absorp-  
tionem murorum miraculum illustrius reddere non opus ha-  
buit, cum jamdum aliis circumstantiis valde illustre fuisset.  
2. dignitas miraculi non in eò consistebat, ut muri absorberi  
debuissent terrâ dehiscente, sed potius Israëlitæ sufficien-  
ti modò adjuti Deum verum agnoscerent, ejusque benignita-  
tem deprædicarent. 3. si miraculum debuisset eò modò fieri  
illustrius, tunc sanè Scriptura S. etiam de hòc certiores nos  
fecis-

fecisset, de quibus mox plurâ. Nunc ad posterioris classis  
 prolata[m] comprabandæ opinionis suæ rationem accedimus,  
 ubi responsionis locô ABULENSIS adjicimus verba (f.):  
*Et muri funditus corruent civitatis, i. e. immediatè, ut totus  
 populus simul acclamaverit corruent muri, scil. tam turres &  
 mœnia, quàm reliqua munitio. Et dicitur quod funditus cor-  
 ruent, scil. quod non caderet aliqua pars murorum solùm, vel  
 caderet murus in omnibus partibus urbis & in nullâ eorum cade-  
 ret murus usq; ad pavementum, sed maneret parva munitio qua-  
 si antemurale. Sed hoc etiam non fuit, quin potius totus mu-  
 rus usq; ad fundamenta & planitiem corruit, ut esset locus patens  
 Judeis ad intrandum; Manente autem aliquantulum pariete mu-  
 rorum erecto, non facile intrarent, ita ut aliquantulum pateret Je-  
 richuntinis defensio contra eos. Hanc Abulensis opinionem  
 MAGALIANUS comprobat ad Ios. Cap. VI. 5. sect. I. p. 199. b. it.  
 sect. III. explicat. vers. 23. p. 225. a. Insuper etiam Script. Sa-  
 cra de hõc nihil meminit, nec ex aliis conjici potest; quin &  
 miraculi memoria ex consignatõ murorum lapsu, factâque à  
 Iosua[m] maledictione (uti notat HUGO GROTIUS (g.)) satis  
 durabilis & sempiterna manere potest.*

(a.) l. c. ad Ios. cap. VI. 5. p. 104. 105. (b.) In comment. ad Ios. Cap.  
 VI. 5. p. 267. Edit. Antverp. 1650. (c.) ad Ios. Cap. VI. 20. pag. 269.  
 (d.) Philolog. Sacr. pag. 777. Edit. Jen. 1668. (e.) l. c. §. 107 p. 295.  
 a. (f.) ad Ios. cap. VI. 5. quæst. VIII. p. 102. a. (g.) in annot. ad Ios.  
 cap. VI. 26.

S. 5.

Progredimur ad alteram I. membri opinionem, quæ qui-  
 dem lapsum murorũ concedit, sed hunc undiquaq; vel in cir-  
 culo fuisse factum, negat. Huic autem præter alios plures suf-  
 fragatur AND. MASIVS (a.) quum ita differit: *Cadetq; murus  
 urbis subter se, sive locõ suõ. Sed quid Rahab factum esse dicemus?  
 Quam aut in gurgustio, quod ipsis urbis mœnibus esset immo-  
 litum atq; inædificatum, aut in mœnium Fornice habitare dice-*

B 2

bamus

*in muris* (cap. II. 15. p. 49.) non enim potest ipsius habitatio simul cum urbis muro esse collapsa, cum post à suis illis hospitibus speculatoribus illa inde educta esse memoretur. Fortassis hæc ratio Josephum movit, ut illius domunculam non in muro, sed prope murum collocaret. Verùm ea res non habet ut videtur explanationem tam difficilem, ut scilicet verba ob hanc causam ad alienas interpretationes debeant detorqueri. Non enim universa per ambitum mœnia corruisse dicentur; **SEB. MÜNSTERUS** (b) *Murus civitatis*, ait, scilicet in illò locò corruit, ubi exercitus Israelitarum manebat, non enim totus murus cecidit, cum domus Rahab, haberet ad murum civitatis, & tamen non collapsa est. Idem comprobat **ISIDORUS CLARIUS** (c) ferè iisdem verbis. Conf. præter **MICH. WALTHERUM** (d) **LUD. DE TENA** (e) **ABR. CALOVIIUM** (f.) **JOH. QUISTORPIUS** (g.) sic annotans: *Concidet murus i. e. pars muri, aliàs & domus Rahab, quæ in muro, cecidisset, &c.* Hi omnes autem præcipuò hòc (uti liquet) nituntur argumentò: Quia domus Rahab in muro stetit, hæc autem salva permanisset, ideò non totum undique corruisse murum.

(a) l. c. ad Ios. cap. VI. 5. p. 105. (b) comment. ad cap. I of VI. (c) in comment. ad Ios. cap. VI. 5. (d) l. c. p. 580. (e) l. c. (f) in Bibl. illustr. ad Ios. cap. VI. 5. 20. (g) in annotat. ad Ios. cap. VI. 5.

## §. 6.

Verùm prius ad hæc respondemus, paucis ante sciscitabimur, an in ipsò muro domus Rahab extiterit? Affirmabunt alii, alii negabunt. Pro illorum parte ipsa verba Scripturæ Sacræ loquuntur. (a) ביתרה בקיר החומה ובהומה היא יושבת quæ **VATABLUS** sic vertit: *Domus ejus* (sc. Rahab) *erat in pariete muri & in muro ipsa habitabat.* **TREMELLIUS.** *Nam Domus ejus erat imposita parieti mœnium, ita ut in ipsis mœnibus habitaret illa.* Idem **PAGNINUS &c. LXX. INTERPRET.** hæc est: ὅτι ὁ οἶκος αὐτῆς ἐν τῷ

ἐν τῷ τείχει, καὶ ἐν τῷ τείχει αὐτῆ κατῶκεν e Quia ipsa domus  
 ipsius in murō, & in murō, ipsa habitabat. B LUTHERUS: Denn  
 ihr Haus war an der Stadt Mauer / und sie wohnte auch  
 auff der Mauer. Apprimè illustrat hunc locum SAM.  
 BOCHARTUS (b) dicens: *Hebraum* תֵּיבָה non solum priva-  
 tos parietes significat, sed & urbium (quod etiam approbat)  
 MASIUS (c) ) Sic Num. XXXV. 4. Levitis assignantur agri mille  
 cubiti circumquaque מִן הַמִּזְבֵּיךְ אֶל הַמִּזְבֵּיךְ à muro urbis. Et Jos. cap.  
 II. 15. Rabab domum habuit בְּקִיר i. e. in ipsis mœnibus urbis Je-  
 richuntinae. Addimus MASIUS verba l. c. Ipsius domus erat in  
 murō mœnium, nam alioquin ex privata mulieris domo non po-  
 tuissent urbe emitti, clausis undiquaque portis. Quippe solent  
 in oppidis populosissimis, qualis erat imprimis Jericho, fortunæ  
 tenuioris cives, & præsertim qui artibus quæstum faciunt ab ho-  
 minum frequentia abhorrentibus, ædiculas habere in ipsos inæ-  
 dificatas immolitasq; urbis muros, aut etiam in mœnium forni-  
 catis habitare parietibus. Quomodo cum habitaret Rabab,  
 essetq; eadem una & mœnium & ejus gurgustii fenestra, quæ  
 extra urbem spectabat, cum illac emissi essent viri, liberū ipsis erat  
 abire quovis. Conf. EJUSD. verba §. præced. citat. Idem sentit  
 ABULENSIS (d) Domus sua non eminebat mœnibus urbis, sed u-  
 num latus domus ejus erat ipse murus civitatis, & per murum e-  
 rat facta aliqua fenestra per quam dimitterentur exploratores. Sic  
 enim multe sunt domus in urbibus apud muros, habentes fene-  
 stras in muris & c. Conf. id. q. 47. l. c. Addimus SERARIUS verba,  
 quæ habet comment. in Jos. Tom. I. ad cap. 2. quæst. 22. pag.  
 311. Edit. Mogunt. 1622. At Raab, exploratores ut demitteret,  
 Hierichuntis mœnia nihil necesse habuit ascendere, sed è suâ, ipsius  
 domo id ipsum faciendi facultatem summam habuit. Domus e-  
 nim ejus hærebat in muro vers. 15. sive, ut in Hebræo est; quia  
 domus ejus in pariete muri erat: & in muro ipsa habitabat. Nam  
 ita fuit ejus domus constructa, ut ejus paries, unus & idem esset  
 cum urbis muro: sicq; illius esset paries, & c. Cum his ejusdem  
 sunt opinionis KIMCHI (e) THOMAS DE AQUINÔ (f) MAGA-

LIANUS (g) CONRAD. PELLICANUS (h) ANT. ESCOBAR & MEN-  
DOZA (i) BISSELIUS I. c. POLUS I. c. WALTHERUS I. c. aliique  
plures quorum verba, brevitati dum studemus, describere  
superfedebimus. Ex his autem, qui domum Rahab in mu-  
ro extitisse negant, missis aliis producimus FL. JOSEPHUM (k)  
cujus verba hæc sunt: *Sub vesperam secesserunt in quoddam  
diversorium non longè à mœnibus, in quod primum fuerant de-  
ducti &c.* it. MARINUM MERSENUM (l). Certè autem melior &  
firmior sententia hæc esse videtur, quâ affirmatur domum in  
ipso urbis stetisse murò, & quidem id ipsa litera Scripturæ  
Sacrae hoc (uti ostensum fuit) innuit, quòd particula  $\square$  h. l.  
*in* significet, quin & plures versiones eam reddiderunt *in*,  
ut ex variis collatis videre licet. 2. Non absurdum & im-  
possibile videri potest, quòd murus in quò domus ab alterâ  
parte sita est, collabi potuerit manente interim salvâ ipsâ  
immolitâ domò. Id quòd & ipse MASIUS (m), licet statuis-  
set prius, eam partem muri ubi domus inædificata fuisset,  
non corruisse, non absurdum dicit, sic enim ille: *tamen ades,*  
*que alienis muris herent, non continuo cum illis corruere est ne-  
cesse.* Etiam hoc placuit HENR. MARCELLIO (n) & POLO (o.)  
quin & ipsi experientia non repugnat. 3. Hanc sententiam  
plures eruditorum recipere eamq; verisimillimam defendere  
minus abhorruere, è quibus non paucos §. hoc & præced. ad-  
duximus, & adhuc plures, si quis desideret, evolvere poterim-  
us. Quòd itaque ipsorum argumentum, quò probare  
student murum non undiquaque collapsum, attinet, equi-  
dem fatemur domum in murò stetisse, quòd & nos ipsi com-  
probavimus, sed quòd necessariò exinde hanc oportuerit,  
murò undiquaque corruente, collabi, non concedimus, de  
quò mox plura dicturi sumus, cum totum murum in circulò  
corruisse ostendetur.

(a) Hæc & reliqua lib. Jos. cap. II. 15. (b) in Hierozoico Part. I. lib.  
II. cap. 30. p. 590. Edit. Francof. ad Mœn. 1677. (c) ad Jos. cap. II.  
15. p. 49. (d) ad Jos. cap. II. 15. quest. LIII. p. 50. (e) ad Jos. cap. VI.  
5. (f.)



5. (f) Eplation. Epp. Paulin. ad cap. XI. Ebr. Lect. 6. Edit. Basil. 1495. (g) ad Jos. cap. II. Sect. I. annotat. 2. p. 67. b. (h) in Comment. ad Jos. cap. II. 15. Edit. Tigur. 1582. (i) in comment. ad Jos. cap. II. 15. p. 12. Edit. Lugd. 1652. (k) Antiquit. Jud. Lib. V. cap. 1. p. 106. (l) Quæst. & Comment. in Genes. cap. IV. 21. p. 1710. b. Edit. Lutet. Paris. 1623. (m) ad Jos. cap. VI. 5. p. 105. (n) Comment. ad lib. Jos. cap. VI. commentation (o.) III. 6. 4. p. 80. Edit. Herbipol. 1661. (o) in Synopsi Critic. ad Jos. cap. VI. 5. pag. 933. Edit. Lond. 1669.

§. 7.

Insuper addimus sententiam R. D. KIMCHI. loc. cit. quando ita differit: *Quæri potest utrum Domum Rahab quæ in muro erat extructa, dicere debeamus unâ decidisse, ipsâ ac familiâ patris sui ereptâ, id quod vix dici poterit, quia si hoc miraculum huic simile contigerit, non reticuisset id scriptura. Preterea quando Scriptura asserit, ingressi sunt domum mulieris istius meretricis, & eduxerunt inde mulierem istam, apparet exinde, subsistisse has aedes, non corruisse. Proinde mihi videtur, quantum ego quidem judico, quod non corruerint mœnia civitatis integra, sed eam muri partem, quæ in fronte civitatis castris Israëltitarum erat opposita, corruisse solam, ut quilibet populi ascendere potuerit ex oppositô sui. Verùm domus Rahab in muro extructa erat in latere civitatis opposito, quod non corruit. Sed hoc non videtur probabile, hinc etiam ABARBANEL. (a.) dicit: scripsit R. D. Kimchi p. m. sibi videri non tota mœnia collapsa, sed istorum partem castris Israëltitarum obversam, & quod domus Rahab constituta fuerit in latere mœniorum oppositô quod non corruerit. Sed hæc sententia non quadrat &c. Et certè quis credet, exploratores anxios & lassos per totam ambulâsse civitatem, demumque in oppositâ extremâ murorum parte quævisse diversorium, cum hi potius latitationem proximam sibi putaverint ac elegerint optimam. Id quod CORNEL. à LAP. (b.) annotat: Prudenti sanè consiliô Deique ductu exploratores hi domum Rahab adierunt, ubi occultissimè latitarent, utpote portæ vicinam, quâ nimirum ingressi etiam egredi volebant &c. Idem confirmat ABULEN-*

SIS (c) Et sic neque domûs situs, neque lapsus murorum rectè à Kimchio est recensitus, de reliquis patebit infra.

(a.) in Responsion. Quæst. V. in Sect. VI. Ios. p. 14. col. 1 (b.) ad Ios. cap. II 15. (c.) ad Ios. cap. II. 5. Quæst. XLIII p. 45. b. & c.

## §. 8.

Adductis itaq; & consideratis variis de lapsu murorum opinionibus ac argumentis, datisque ad ea singula pro viribus responsis, progredimur nunc meliorem veritatiq; magis consentaneam tradituri sententiam; **MURUS NIM. JERICHUNTINUS EÔ CECIDIT MODÔ, UT (1.) IN EÔDEM QUÔ STABAT LOCÔ CORRUERET ET SUPER SE PROCIDERET IN TERRAM, RUINÂ (2.) UNDIQUAQUE IN CIRCULÔ AD FUNDAMENTUM USQUE FACTÂ.** Prius probamus sequentibus: *α.*) Quia ipsa Scripturæ Sacræ verba aliam expositionem teste SALIANÔ (a.) non admittunt; hæc autem sic sonant. ותפל החומה תחתיה ויעל העמ העיר וילכרו את העיר. Ubi primò considerandum verbum נפל quod h. l. significat, ex locô superiori in inferiorem decidit aut corruit, LXX. INTERPRET. καὶ ἐπεσεν τὸ τεῖχος, quod GLASSIUS (b.) ita explicat: *Et ceciderunt i. e. dejecti sunt.* TREMELLIUS: *Et factum -- ut corrueret murus.* FRIDLIEBIUS l. c.: *Ruerunt & super se prociderunt.* B LUTHERUS: *Und die Mauren fielen umb.* SERARIUS sic differit ad cap. VI. 5. 20. p. 63. *in textu hebræo dissertè asseritur casurus & cecidisse murus. Quod autem cadit non stat: & aliud est defodi terræq; faucibus integrum absorberi & absorptum conservari, aliud cadere. Convenit cum germanico verbo fallen hebræum Naphal, imò ab hoc illud progenitum est. Certè nemo germanicè dixerit, wo etwas unter sich gesunken wäre / das ist gefallen. In eod. Heb. additur sub se, quod non eam vim habet, ut infra terram absorptus murus intelligatur, sed ut loco eodem collapsus. - Voluit igitur Hebræus nihil aliud significare, quàm Hierichuntinos muros, non ita fuisse ablatos, ut vel aliò nescio quò deportarentur, vel dissi-*  
lien-

*lientibus hinc inde lapidibus procul rejicerentur, sed in eodem in quo  
 stabant loco procidisse. &c. Adde verba WALTHERI (c.) hunc lo-  
 cum bene illustrantia: Die Jüdischen Rabbinen sagen zwar /  
 es seyen die Mauern ganz geblieben / und so unter sich  
 in die Erden tieff hineingesuncken / aber was unter sich sin-  
 cket / von dem kan man nicht eigentlich sagen / quod corruerit,  
 daß es eingefallen sey / wie von den Mauern allhie be-  
 richtet wird; Drumb seynd sie in viel 100000. Stücke zertrüm-  
 mert / und von einander gebrochen / in einem Nun und Augen-  
 blick / welches ein überaus großes Krachen und Knallen /  
 samt einem starcken Staube wird verursacht haben. Conf.  
 Maccab. II. cap. XII. 15. ubi dicitur: Judam cum militibus  
 invocasse *Magnum Mundi Principem, sine arietibus & machi-  
 nis organicis precipitantem* (καταρρηγνυίσαυτα) Hiericho tempo-  
 ribus Josue &c. Porro occurrit תחתיה, quod h 1 idem de-  
 notat ac locò sud, uti vertit TREMELLIUS aliique. Conf. S-  
 RARIMODÒ adducta & GLASSII verba supra §. 4 cit. quibus  
 accedit BENEDICT. JUSTINIANUS (d) *At ego, inqui-  
 ens, corruisse non dubito, h. e. in ipsam terra superficiem ce-  
 cidisse, quod Scripturæ verba sonant, neque græci Idiomatis pro-  
 prietas aliud significat, quàm illò ipsò locò casuros muros, quò  
 erecti stabant. Sic etiam 1. Reg. XIV. Jonathan loquitur hebra-  
 icè stabimus sub nobis, vel subternos, ubi noster Interpres dixit  
 in locò nostrò. Quod si urbis mœnia fossis erant circumdata, veri-  
 simile est corruisse extrorsum & opplevisse fossas, sin secus, intror-  
 sum non sine magnâ civium cede. Conf. CHRISTIAN. NOLDI-  
 US (e.) qui etiam sic explicat particulam תחתיה denotare in lo-  
 cò sud, & adducit multa alia loca Scripturæ Sacræ, ubi ea-  
 dem significatio occurrat. Denique non sine causâ extat  
 לעי, hoc enim sicuti absque omni controversiâ significat a-  
 scendit vertente TREMELLIÒ ac multis aliis, ita quoque in-  
 nuit muros eò modò collapsos, ut super rudera & acervos  
 saxorum Israëlitis ascendendum fuerit; Et hoc comprobatur  
 præter NAXERAM §. 4. supra cit. D. SEBAST. SCHMIDIUS (quem  
 C Deus**

Deus Ecclesiæ commodo diutissimè potrò seruet) his verbis: (f.) *si absorpti muri fuissent, non dictum fuisset וַיַּעֲלֶה אֱלֹהִים אֶת-עַמּוּד הַחֵטְאִים אֶת-עַמּוּד הַחֵטְאִים* Et ascendit populus in urbem, utique namque super rudera murorum populus ascendit &c. Ab expressâ autem literâ Sacræ Scripturæ nequaquam abeundum, non enim, ut benè monet B. CALOVIUS (g) *recedendum est à proprietate citra necessitatem, maximè ubi historicè recensentur miracula divina: aliàs enim omnia miracula elidi possent, citra negotium &c.* Quod etiam in hac totâ Dissertatione erit observandum. β.) De miraculò absorpti muri IOSEPHUS diligentissimus aliàs & ἀληθέστατος omnium Scriptorum (uti SCALIGER ipsum vocat in Prolegom. de emendat. Tempor.) aliique plures accuratiores nihil memorant, qui tamen, si ullam certam conjecturam aut sufficientem habere potuissent, id prodigium non omisissent, quod etiam SALIANUS existimat, eòque ipsò motus opinionem de absorptò murò rejicit (h.) γ.) Hanc nobis adversam opinionem ferè innumeri Scriptores, qui modò eam legunt aut citant, fabulosam ac vanam proclamant, sic fecit ESCOBAR & MENDOZA l. c. ad v. 20. POLUS l. c. RAUPPIUS (i.) FRIEDLIEB. (k.) &c. Econtra δ.) hi plurimi nobis suffragantur é quibus paucos adhuc præter jam citatos nominabo, HIERONYMUM (l.) CHRYSOSTOMUM (m.) AUGUSTINUM (n.) ABULENSEM (o.) MIRSENNUM (p.) CORNEL. à LAP (q.) PELLICANUM (r.) BRENTIUM (s.) CALOVIUM (t.) ADRICHOMIUM (u.) ISIDOR. HISPALENSEM (x.) BISSELIUM (y.) &c. Conf. quæ dicta sunt ad argument. 2. §. 4.

(a) l. c. 5. 107. p. 295. a. (b) l. c. pag. 597. (c) Homil. 97. ad Ebr. XI. 20. p. 969. (d) Explanation. Epp. Paulin. Tom. II. cap. Hebr. XI. 30. pag. 834. Edit. Lugd. 1613. (e) In Concordant. Particular. Hebr. Chald. p. 771. Hauniae edit. 1679. (f) in Comment. ad Ep. Hebr. cap. XI. 30 p. 1280. Edit. Argentorat. 1680. (g) in B. bl. illustrat. ad II. Reg. XX. II. pag. 830. a. (h) l. c. 5. 107. p. 295. (i) in Biblioth. portatil. lib. III. comment. ad Jos. cap. VI. 20. Edit. Jenæ 1655. (k) in Observat. Bibl. ad Ios. cap. VI. 20. (l) in Translat. cap. VI. Ios. v. 20. (m) in Epist. ad Hebr. XI. Hom. 27. Edit. Venet. 1583. (n) Sermon. CVI. de Temp. Tom. X. Edit. Paris. 1541. (o) l. c. quæst. VIII. & XLVIII. (p) l. c. p. 1710. (q) l. c. p. 32. (r) l. c. ad Ios. cap VI. (s)

VI. (s) ad Ios. cap. VI. (t) in Bibl. illustr. ad Ios. cap. VI. 5. (u) in Theatro Terræ Sanctæ & Bibl. Histor. A. M. 2493. p. 218. (x) in comment. ad Ios. cap. VI. (y) l. c. p. 52.

## §. 9.

Posterius his confirmamus, (a) Quia codicis S. verba non repugnant, sed potius nostram exigunt sententiam; Sic enim se habet: וַיַּעַל הָעָם מִכָּל אֶרֶץ נַגְבָּם i. e. ut exponit TREMELLIUS: *Et ascendit populus in civitatem, quisque ex adverso sui.* LXX. INTERPRET. καὶ ἀνέβη ὁ λαὸς εἰς τὴν πόλιν ἕκαστος ἐξ ἐναντίας αὐτοῦ. Et ascendit populus in urbem, quisque è regione sui. B. LUTHERUS: *Das Volk ersteig die Stadt ein jeder stracks für sich.* Sed nunc prius monendū, quod Israëlita totam circuitu circumdederint urbem, quod ABULENSIS benè explicat (a) dicens: *Quia non erant omnes Israelita simul, sed in longo agmine & facile totam civitatem circumdabant, non enim magna in continentia murorum erat urbs Jericho, (vid. supra §. 1. not. n.) Et cum Israelita essent in ordine, scilicet quod quidam precedebant arcam, & alii sequebantur, erant in longo agmine sicut in processionibus ordinatis.* Id. quæst. L. *Non erant omnes Israëlita simul lustrando urbem, sed in longo agmine, quasi vallantes totam urbem sicut in processionibus generalibus in quibus multi conveniunt.* Conf. EP. HEBR. XI. 30. ubi dicitur *mœnia Hiericho concidisse κυκλωθέντα, in circulo circumdata.* Et fanè quilibet hoc concedere poterit, si respiciat tot millia hominum eò ordine, quem passim in Script. S. legimus à Deò præscriptum, progredientium. Si itaque hōc ostensō hi Israelita singuli (uti ipsa litera exprimit) per locum, qui contra se erat ingressi sunt, tunc necessariò sequitur, quod totus etiam in circuitu corruerit murus. Nam si hoc non fuisset, & tantum pars anterior aut huic opposita extrema cecidisset, quomodo quilibet ingredi potuisset per locum qui è regione sui erat. *Causa autem quare Israelita per partem suam singuli ingredi debuere, hæc fuit notante ABULENSE (b):*  
1. *Ut Jerichuntini subito se viderent vallatos à Iudeis & non daretur*

daretur eis aufugiendi locus. Si tamen omnes Iudæi ex eadem parte ingredi deberent, cum muri undiquaque corruissent, daretur locus fugiendi Jerichuntinis, per omnes alias partes, & eundi in montana, atq; evadendi Judæorum manus; cum autem per omnes partes Judæis ingrederentur urbem, nullus fugiendi patebat locus, imò & ob hoc muri ex omni parte corruerunt, ut per omnem partem Judæi in urbem liber pateret ingressus. 2. Ut magis appareret divinum miraculum, & argueretur, Judæos præcognovisse casum murorum antequam fieret. Nam si omnes hebræi ad unum locum ingrediendi confluerent, viderentur formidare ingredi per loca alia. Qui formidat incertus est de re. Si tamen ipse cognoscerent hoc provenisse à Deo in ipsorum beneficium non formidarent. Ut ergò cognosceretur eos præintellexisse hoc, debebant introire per omnes partes ruentium murorum, ut viderentur, nihil formidare, &c. β) Accedit consensus LXX. INTERPRET. Sic enim illi καὶ ἐπέσεν τὸ τεῖχος καὶ κύκλῳ ἰ. e. Et eccidit murus in circulo; non dicitur ex parte sed in circulo, quæ versio etiam SALIANO l. c. §. 105. p. 294. tanquam præ cæteris distinctius hunc casum explicans placuit. γ) Missis aliis nostram tuentur sententiam AUG. TORNIELLUS (c) his verbis: *Ecce verò prodigium ô miraculum, muri civitatis illico undiquaque corruerunt, ascendentesq; unusquisq; per locum contra se positum & apertum cæperunt civitatem.* Idem sentit LUC. OSIANDER (d) *Muri civitatis illico corruerunt, ita ut undiquaq; aditus in urbem pateret, & ascendit unusquisque per locum qui contra se erat, quâ quisq; poterat proximo loco in urbem penetravit &c.* it. FRIEDLIEB (e) RAUPPIUS (f) aliique plures. Verùm dicat quis: Non autem potuerunt Israëlitæ undiquaque ingredi in urbem è regione sui, cum domus Rahab ipsis obstiterit ac impedimento fuerit. Sed etiam hoc enodatu haud difficile. Mœnibus enim collapsis in circulo etiam per domus portam in urbem pervenire poterant, & probabile est, ipsos exploratores se statim contulisse ad domum murò denudatam ac apertam, & inhabitantes salvan-

salvandos eduxisse. Adhuc non pauci dicunt, ex quibus est MASIVS (g) & ABULEN-<sup>SI</sup> (h) adhuc plures quam Rachabis in murò extructas fuisse domos, & si hoc certum esset, tunc murum particulatim corruisse aliàs diceremus. Porro objiciat quis: Sed funiculus ille coccineus alligatus fuit fenestræ, quæ in murò dicitur fuisse, si itaque murus cecidisset, tunc quoque ipse funiculus periisset, qui tamen loco signi propendere debebat. Respondemus: Nos ipsi non adeò tenaciter eam tuebimur opinionem, qua dicitur, domum Rahab non fuisse murò altiorem fenestramque illam, cui funiculus alligatus est, in ipso muri extitisse latere, sed potius ei adhærebimus, quæ existimat domum altiorem murò fuisse (quod etiam cum literâ  $\sqsupset$  melius congruit) & in superiori domus parte muro immolitâ fuisse fenestram, per quam exploratores demissi & funis postea annexus esset. Ex quò adhuc murorum in circulo lapsus manet probabilis ut supra §. 6. ostendimus. Et quid si demus domum muro haud altiorem, fenestramque in ipso fuisse murò, & ex eâ funiculum propendisse, tamen salvâ opinione nostrâ, lapsus murorum undiquaque factus dici poterit. Nempe exploratores funiculum illum ceu signum inter tredecim circuitiones satis cognitum eoque ipso etiam domum benè perspectam ac memoriæ impressam sic habere poterant, ut postea corruentibus muris non amplius signo opus esset.  $\delta$ ) Conf. quæ supra diximus §. 6. sub finem. Quod autem murus ad fundamentum usque prociderit, hoc vid. probatum supra §. 4. not. f.

(a) ad Ios. cap. VI. 5. qv. VIII. pag. 102. a. (b) ibid. (c) Annal. Sacr. & Profan. p. 376. (d) Explicat. Tom. II. ad Ios. cap. VI. Edit. Tubing. 1578. (e) l. c. ad Ios. cap. VI. 20. (f) l. c. ad Ios. cap. VI. 20. (g) ad Ios. cap. II. 5. p. 49. (h) ad Ios. cap. VI. 20. quest. XLVII. pag. 114. b.

## §. 10.

Haftenus de primò membrò nos satis differuisse putamus, ideoque ad II. nunc progrediendum, ubi lapsus istius

veram perscrutabimur causam. Scriptores autem etiam hinc aliquò modò dissentientes offendimus. Alii enim  $\alpha$ ) putant naturali causâ muros potuisse corruere, alii  $\beta$ ) eam prorsus supernaturalem agnoscunt. Priorem opinionem pro viribus examinabimus, fatemur quidem, haud exiguam hâc in re latere subtilitatem ac decernendi difficultatem, id quod etiam viri eruditissimi testantur, hinc etiam nobis, quodsi rem non omnem acu (ut ajunt) tetigerimus, faciliorem conatûs promittimus veniam.

## §. II.

Præprimis autem illos adducemus, quorum verba nobis non rectè attendentibus videri possunt apprimè comprobantia, muros naturali corruisse causa, hinc etiam à nonnullis hos ipsos Scriptores provocatos legimus ac refutatos. Ex paucis recensebo R. LEVI BEN. GERSON. ad Jos. cap. VI. AUGUSTINUM (a) HIERONYMUM (b) AMBROSIUM (c) ORIGENEM (d) ISIDOR. HISPALENSEM (e) ADRICHOMIUM (f) LORINUM (g) PELLICANUM (h) &c. Hi verò singuli non solum ex suis sive ibidem sive alibi accuratè observatis & collatis, sed & aliorum (uti ex KIRCHERÔ (i) JUSTINIANÔ (k) SERARIO l.c. quæst. 22. aliisque patet) verbis vindicari possunt. Illi autem qui citatorum Autorum dictis (quibus tamen vel non satis cognitis vel ipsis tantum ansam eruditè discurrendi subministrantibus utuntur) suffulti, aliquò modo naturalem murorum lapsus causam pervestigare conantur, præcipua isthæc proferunt argumenta:  $\alpha$ ) At Deus sono uti potuit ad muros diruendos. Sic enim MERSENNUS (l) *Deus sonis uti potuit, ut muros in pulverem redigeret, aut usq; in terra centro infoderet, cum illius potentia nullos limites habeat, & forsitan ipsis sonis tanquam instrumentis usus est, postquam dedit in manu Josue Jericho & Regem illius &c. Omnia Deus ita præscribere, atq; docere potuit, ut ingens ille & admirabilis concensus muros Jericho concuteret, atque dirueret.*  $\beta$ ) Fortè sonus iste tunc temporis excitatus certam habuit proportio-

nem



nem, quæ murorum Jerichuntinorum tensioni correspondit, eoque muros ipsos commotos everfit. Id quod variè probare student. Nam inquit MERSENNUS l. c. *Quicquid ad perpendicularum, vel alio modo erigitur, certam habet tensionem, quam, si viceris vel aquaveris, concuties.* Quis igitur novit, num omnes clangores atque voces aliquod tertium efficerent, quod cum muris illis Unisonantiam vel octavam observaret? Cogita muros esse velut nervum tensum, qui sit *ωεγςλαμβανόμεν*; Si omnes soni Israelitarum similem tensionem habuerint vel saltem in mese fuerint, illos concutere & sæpius repetiti diruere potuerunt. Et, si quis objicere velit murorum magnitudinem & crassitiem, statim addunt: ipse loci situs (uti splendidissimum orbis literarii sidus DAN. GEORG. MORHOFF(m) potius in aliorum gratiam, quam ut in eò ipsò nimis perseverare velit, uti ipse fatetur, refert) est considerandus, ibi enim si montibus conclusus fuit, validius vox potuit refringi in muros & multiplicari ac intensior formari, id quod veris illustrant exemplis; Ipsa quoque *militaris statio* omnes muri partes (ut supra §. 9. ostendimus) cingentium; *Operatio in viciniam*, cum alias ad 30. milliarium distantiam magna soni efficacia sit, uti experimentò Tauromenii Siciliae, cum Ætna Mons eruptionem fecisset prope Ennam Urbem, ipsi Borello tunc præsentem (prop. 101.) observatò, demonstrant. Porro perpendendam tradunt *murorum structuram, soliq; cui muri inaedificati fuere, conditionem*; adhæc relationes Rabbiorum; quod nimirum non paucâ in Urbe Jericho audiri potuissent, quæ facta in templò Hierosolymitanò, quanquam 150, stadiis ab urbe distaret, ita enim TAMID. CAP. 3. § 8. è versione GUSTAVI PERINGERI ad ductum Obadiæ Bartenoræ (laudato MORHOFFIO citat.). *In Jericho exaudiri poterat sonus portæ magnæ cum aperiretur; In Jericho exaudiri poterat sonus Organici pneumatici δεικνόμενος; In Jericho exaudiebatur sonus ligni ex machinâ aquatili, quam fieri fecerat Katinides, ut per eam educeretur aqua, ex mari templi in labrum. In Jericho exaudiebatur so-*

*mus Sacerdotis excitantis collegas ad divinum cultum peragendum (ante adventum Praefecti). In Jericho exaudiebatur sonus tibiae cum inflaretur. In Jericho exaudiebatur sonus cymbali cum sonaretur, &c.* Refert quoque KIRCHERUS (n.) Instrumentum quoddam pulsatile Iudæorum, quò ad templum convocati sunt populi adeò vehementis soni, ut HANASSE dicat, in Jerichuntinâ civitate audiri potuisse; ajunt autem fuisse illud positum in fundò Hierosolymitani templi, locumque ita fuisse exarcuatum, ut vox hujus Instrumenti arcuatâ tholi superficie variè reflexa, multiplicataque eum sonum, quem vel in Jericho percipere possent excitaret. Ostendunt etiam hi *varium tot mille hominum clangoris & clamoris tunc à Deò præscriptum modum, concavas buccinas, quarum haud exigua vis esset &c.* Ex his igitur adductis, si rectè conferrentur, putant posse aliquò modò probari sonum illum fuisse consonum, murosque potuisse exinde ad lapsum commovere, & quidem præsertim (uti dicit MERSENNUS l.c.) *cum nullus mortalium consonantiam inter muros & sonum perspectam habeat.* γ) Fortè Terræ motus tunc adfuit, qui muros violentâ excitatâ concussione evertere potuit, uti ex variis patet exemplis, quæ passim ap. Historicos crebra invenimus & stupenda. Quod autem δ.) attinet cæteras nonnullorum causas, quas proferunt, num fortè astrorum virtute, aut aliis ex Cabalistarum Scriptis (quæ rectè ab ALSTEDIO (o.) plurimis *superstitionibus fœdata* dicuntur) desumptis causis muri cecidissent, has sicuti plane ridiculæ & stolidæ h.l. à MERSENNO l.c. & MORHOFFIO l.c. rejiciuntur, ita & nos ipsas nullâ æstimabimur recensione & consideratione dignas. Cui autem volupe est, hanc supersticiosam doctrinam urgere ac uberius scrutari, per nos omninò licebit.

(a.) l.c. (b.) Epist. ad Abigaum. (c.) comment. lib. VII. in Evangel. Luc. XI p. 64. c. d. (d.) in Homil. VI. ad Lib. Ios. (e.) comment. in Ios. cap. VI. (f.) l.c. p. 18. (g.) comment. ad Psalm. Tom. III. p. 674. b. (h.) comment. in Ios. cap. VI. (i.) Musurg. Tom. II. Lib. IX. Part. III. cap.

III. cap. II. pag. 232. Edit. Rom. 1655. (k.) l. c. (l.) pag. 1710. b. (m.) Dis-  
sertat. de scypho vitreo per certum humanae vocis sonum fracto &c.  
Cap. XIV. (n.) Musurg. Tom. I. lib. II. cap. IV. §. 2. n. 4. (o.) En-  
cyclop. lib. I. cap. II. p. 15.

## §. 12.

Ad allata dum responsiones paramus, Abarbanelis ve-  
tigia ad hunc locum sequi nolumus, qui uno ictu omnes ad-  
versariorum insultus propelli posse arbitratur, si dicat, jam  
ante excitatum clamorem ultimum muros fuisse collapsos.  
Iosua enim dixit ad Populum: Clamorem excitate, quia  
dedit DOMINUS vobis civitatem, i. e. clamorem excitate  
nunc, quia jam data est civitas vobis: Vel prout postea cla-  
rius mentem suam reddit: jam enim muri conciderant, ut a-  
deo clamor ruinam hanc subsequutus victoriae signum fue-  
rit. Verum taceo nunc communem ferè consensum auto-  
rum, qui sonum ruinae conjunctum fuisse voluerunt, & urgeo  
tantum textum, qui in serie historicâ, à quâ præter necessita-  
tem recedere non debemus, nobis primò sistit clamorem in-  
gentem, dein murorum ruinam, & tandem in eosdem a-  
scensionem. Si verò excipias, in textu poni expressè præte-  
ritum, tunc quidem concedimus, interdum præteritum ex-  
plicandum esse per plusquam perfectum, si materia substrata  
id exigat. Simul autem novimus, ex Grammatica Sacrà præ-  
teritum sumi pro futuro, quod fermè plerumque in promissio-  
nibus divinis fieri solet, quia dictum Dei habetur pro facto  
juxta veterum Thalmudistarum sententiam. Et hinc etiam  
B. BRENTIUS in comment. priori ad hunc locum pag. II. scri-  
bit: *Solet autem Dominus ferè promissiones suas formis præteriti  
temporis includere, videlicet ut sciamus, eò certiores promissio-  
nes istas, & nihil in toto orbe posse eorum virtutem impedire.*  
Dein non video, cur non concessa hac interpretatione, simi-  
li modo liceat ex versu secundo hujus capituli dicere, jam an-  
tea & Regem & Urbem fuisse datam in manus Israëlitarum  
& circumitiones istas demum subsecutas, (quod tamen est

D

contra

contra historiae veritatem,) quia & hic præteritum ponitur. Quicquid hinc responsi loco mihi dederis, tibi dictum putabis. Cum ergo in tam prava interpretatione nihil firmi sperari possit, eam relinquimus, & quid adductis objectionibus responderi debeat, dispiciemus. *α.*) Primum quod concernit, sciendum, quod h. l. non sit quæstio an Deus potuerit sonum diruere muros, sed potius an fecerit. De illò non dubitamus, hoc autem comprobare seu affirmare non possumus. Scriptura enim sacra nihil de hoc adhibitò modò refert, & sic nobis non licebit sonum tanquam causam fingere. Et bene inquit SERARIUS l. c. qv. 22. Voluisse autem Dominum hisce, tanquam instrumento, uti sonoribus, unde conjectura ulla fiat? Conf. quæ §. 13. dicentur. Ad *β.*) regerimus: equidem fatemur, quod certis conditionibus possent violento sonitu corpora magna, etiam parietes ac muri, præprimis datâ harmoniâ seu consonantiâ soni, concuti, quod etiam præter alios celeberrimos Viros laudat. MORHOF. Nob. & Excell. Dn. D. Günth. CHRISTOPH. SCHELMER Med. D. & P. P. (a.) MICH. WALTHERUS Acad. Witteb. P. P. celeberrimus (b.) non solum statuunt sed & quam plurimis comprobant ac illustrant exemplis; Verùm exinde muros everti posse, nunquam bene notante MORHOF. l. c.) concedere ac dicere possum? SERARIUS enim l. c. q. 22. p. 39. cum KIRCHERO Musurg Tom. II. lib. IX. part III c. II p. 231. seq. ostendunt id fieri non potuisse Nam ad sonum concurrunt tria hæc (1) corporum duorum aut solidorum aut quasi solidorum collisio. Secundo aëris vel similis corporis inter duo illa intercepti confractio & contritio. Tertio corporis hujus confracti & contriti diffusio, ejusque veluti fuga & recessio. Nunc mihi vide cum nostræ crepant tubæ, cum clamamus, quam exiguus à singulis profunditur spiritus, qui vel in tubis, vel in arteriis, faucibusque nostris confringatur, & extra tubam nosque ipsos extrudatur? Et ubi extrusus est, quam languidus, & ignavus vix sese paululum volutat? Quam in vastum, qui

qui nos ambit, aërem, facile solvitur ac dissipatur? adeo ut Philosophorum plerique ad aures paulò remotiores non verum rectumque sonum, sed ejus tantum modo species seu simulachra pervenire, magno applausu doceant. Quomodo igitur solida corpora, muros, & moles ullas modicè firmatas labefaciat sonus hic? Neque ad hoc in tubarum clangorumque ipsorum multitudine momenti quidquam est, nam omnium illico spiritus in omnes vastissimi hujus aërii spaciū partes spargitur, & refrigeratus habescit atque conquiescit. Secundo: Ambigit Aristoteles, an si consonent conclamentque plurimi, audiantur in longiùs, quàm si sonarent, clamarentque singuli; Nam affirmat problem. Sectio 19. problem. 2. negat verò sectio II. problem. Vehementior igitur, fortiorque aëris motus non est, etiamsi sint quamplurimi quamplurimorum sonores. Tertio Si possent id genus intensissimi, numeroque maximo auctissimi hominum sonores stantia dejicere solida corpora, primò utique dejicerent, quæ proxima sunt, & in quæ occurrunt citius; in castris nimirum, vicinas arbores, sua ipsorum signa, lanceas, tentoria: imò qui clamarent & se ipsos sternerent, & alii alios. Quarto, expedita, planeque lepida, & bella foret hæc excindendarum urbium ratio. Deligendi enim ad obsidiones tantum forent Homerici Stentores, Herodotei ad histiæum vocandum Ægyptii, aliique id genus clamosi: iis deinde maxima cornicinum, lituicinum, tubicinum & tympanistarum vis jungenda: pueri fortasse ac puellæ cum nolis crepitaculis quæ plurimis aggregandæ. Quinto. Si è sono motus ad rerum strages adjuvaret tantopere, multo magis, si magni & integri exercitus circumcirca impetu & celeritate currerent maxima brachia jactarent, aliove quovis vehementiore modo aërem agitent Sic Serrarius. Si verò urgeat quis sonum spectari h. l. non absolutè talem, sed quatenus harmoniam seu unisonantiam cum tensione rei mobilis habet correspondentem, tunc quidem scimus experimenta illa in scypho vitreo diversimode instituta, de

quibus DN. Morhofius, Bartolus, & ex his Franciscus Tertius de Lanis Tom. II. magist. art. & nat. lib. 9, c. 2. p. 395. seqq. consuli potest. Verum an à scyphi vitrei tensione ad murorum tensionem argumentari liceat, optime norunt illi, qui utriusque naturam penitus perspectam habent. Certe structura unius ab alterius constitutione plane differt. Porro non negamus, etiam per loci situm quem STRABO (c.) JOSEPHUS (d.) DAPPERUS (e.) referunt montosum, sonum teste experientia potuisse multiplicari atque augeri, concedimus militarem quoque stationem moenia circumvallantem, unà cum operatione vicinà ad soni augmentum & efficaciam conferre potuisse, praesertim si structura murorum, vim soni benè recipiendi fuit apta; quam tamen perscrutari non possumus teste MORHOFFIO l. c. licet FL. VEGETIUS (f) & alii ferè antiquissimos exstruendi modos consignerint; quis enim muros illos planè devastatos antea vidit, aut descriptos reliquit? Denique clamorem istum (quem alii dicunt fuisse tantum ululatum, barritum barbaricum, qualem ferè omnes nationes, in bello adhibuisse testantur ORIGENES, AMMIANUS, TACITUS, FESTUS, CURTIUS, THUCYDIDES, POLYBIUS &c. alii verò talem putant, qualem in lib. Judicum cap VII 20. legimus: *Clamabant illi: Gladius Domini & Gideonis, sic & hi clamassent: Hic Deus & Josue*, uti JOH. FERUS opinatur (g) & clangorem tubarum (quas quidam argenteas, plurimi probabilius vid. SERAR. Comment. in Ios. Tom. II. ad cap. VI. quaest. IV. corneas arte incurvatas exponunt) adeò magnum, (ut laudat MORHOF. dubitet, an talis ullò ævò ab aliis populis sit tentatus) praesertim si ab omni populo est buccinis prolatus, (quod tamen adhuc incertum est, dum aliqui affirmare, plures cum majori convenientiâ Script. Sacr. negare velint) non parum efficere potuisse largimur. Sed, cum hæc ferè singularis conjecturis consistant, quæ neque sufficientem probabilitatem argumenti, multò minus aliquam certitudinem de murorum collapsorum causâ suppeditare valent, quis quæso

quæso exinde concludere ac statuere velit, hunc sonitum cum murorum tensione proportionem fuisse nactum & postea tantâ violentiâ soni continuati muros corruisse. Conjecturæ non satagunt. Quod autem soli rationem concernit, etiam hanc ignoramus, insimulque relationes Rabbiorum de singulari Ierichuntini loci insitâ constitutione, quâ præ aliis multa audire, & sonitus vim suam exerere potuit, meritò cum pulsatili instrumentò nugis l. hyperbolis cæteris annumerandas putamus. Id quod etiam cum MORHOFIO l. c. voluit IOH. HEINR. OTHO PROF. Lausantensis. (h) Ad γ) respondet ABULENSIS (i) his verbis: *Si fuisset terræ motus, ruiisset aliqua pars muri & non totus murus, scil. quia spatium interius totum erat repletum grosso spiritu impellente, non solum corruissent muri, sed etiam tota civitas que intra illos continebatur vel saltim major pars civitatis. Vel etiam si hoc protervientes diffiteamur, cogimur confiteri, quod domus, que hærebant muro, ruerent cum ipsò muro: nisi quis confingere velit illum spiritum commoverem ad terræ motum & ruinam fuisse ut iam dicam, in indivisibili sub ipsa radice murorum; satis enim confictum videretur, nec cuiquam rationi consentaneum, quod sub toto illo circulo muri foret spiritus impellens ad terræ motum, & ad partes propinquas interiores urbis, & exteriores nihil contingeret: & adhuc concessò istò absurdò, necesse erat quod domus hærentes muris corruerent, quia etiam si non esset spiritus venti sub eis, sed solum motus muris, quibus ipsæ conjunctæ erant, ruerent & c. it. MAGALIANUS: (k) Nec verò aliqua pars murorum relicta est, sed quicquid muri erat à fundamentis simul dirutum est, quod signum est, id non terræ motu, aut aliâ causâ naturali impellente evenisse. Inest enim hujusmodi eventis, quando nature vis subest, successio ruine in partibus, nunc minori, nunc validiori motu concussis & c. Ad δ) pauca adhuc addam MAGALIANI verba (l): *Insania est, corruisse muros ratione certa horæ, aut alicujus constellationis stellarum, ut poëta & mendaces astronomi somniare solent. Hæc urbs antequam caderet, jam tradita erat hebrais à Deo, qui liberè o-**

omnia agit, & ruituram prædixerat diutissimè aliàs duraturam. Vobis, inquit, tradidit Deus urbem. Neque enim si alii eadem horâ venissent, quibus ea promissio facta non fuerat, corruissent ultrò muri: Vobis parata fuit hæc felicitas. Exitus ergò gentis hujus & urbis, non ex malignò planetarum & astrorum aspectu ut Mathematici fingere solent, sed ex Dei consiliò & decretò dependebat.

(a) Tract. de Auditu Part. II. cap. 2. (b) Dissertat. de Harmoniâ Musicâ V Vitteb. 1679. habitæ §. 23. (c) l. c. lib. XIV. p. 723. (d) de Bello Iud. lib. V. cap. 4. (e) l. c. p. 135. (f) de re militari Lib. IV. cap. 2. p. 81. Edit. Raphaeleng. 1607. (g) In Declamation. ad cap. Ios. VI. p. 531. Edit. Colon. Agripp. 1574. (h) in Lexic. Rabbinic. Philolog. p. 262. Edit. Genev 1675. (i) ad Ios. cap. IV. quæst. XLVII. p. 114. b. (k) ad Ios. ca. p. VI. Sect. III. annotat. I. p. 228. a. (l) l. c. Sect. I. Explicat. v. 16 p. 202. a.

## §. 13.

Verùm adhuc quis dicere posset, fortè muri ætate ac injuriâ temporum labefactati erant, & sic sonò accedente tam forti, facile corruere potuerunt, ad hæc respondet B. WALTHERUS (a): Daß sonst alte Mauern und Gebäude von sich selbst eingefallen ist kein Wunder nicht / weil Tempus e-dax rerum, die länge der Zeit alles verschleißet / und unten das Fundament so mürbe machet / daß das oberste allmählich nachsincken muß / bevorab wenn das Ungewitter von denen Sturmwinden und vom starcken Regen mit dazuschläget / wie so der Thurm zu Siloa von sich selber umgefallen ist / und viel erschlagen hat. Sie aber sind die Mauern noch gut und starck und fest gewesen / und sonderlich wohl überall ausgebessert / und verwahret worden / wegen der Stadtbelagerung / und fielen dennoch umb / ohne sichtbarer und menschlicher Gewalt / suapte sponte und von sich selber &c. Multò minus illos audiamus, qui asserere non erubescunt, se facili negotiò posse tales buccinas seu cornua parare, quibus non solum vellent horrendum condere sonum, sed & eò ipsò muros evertere & turres.

nu



31.

nu dicitur fuisse Alexandri M., cujus sonus ad LX. mil-  
liaria se extendisset, de quò eruditè differens vid. MORHOF.  
(b) etiam Rolandi, de quò traditur eò inflato hostibus tan-  
tum terrorem incussum, ut in fugam conversi fuissent; Quid  
quod & ipsa tuba stentorophonica hodiè ferè omnibus nota,  
quæ horrendum & valdè auctum prodere valet sonum, &c.  
Sed ad hanc objectionem tanquam blasphemam respondet  
D. ESAIAS HEIDENREICH Pastor ad S. Elisab. Uratislav. (c) ita  
dicens: Eine schñöde Låsterung der Majeståt/ Wunder und  
Herrlichkeit Gottes ist/ daß sich leichtfertige Leute heute zu  
Tage lass'n hören/ sie wollen eben solche Posaunen - zube-  
reiten/ wie allhier vor der Stadt Jericho gebrauchet worden  
seyndt/ ob welcher Schalle eine jedere Munition/ Mauer und  
Thurm soll einfallen. Dies heisset ja Gottes Macht und  
Gewalt geschåndet. Es stehet hie nicht / daß der Schall  
der Posaunen die Victorien erhalten/ und das Wunder aus-  
gerichtet habe/ sondern daß unter und auff dem Schall der  
Posaunen/ und das Geschrey des Volckes/ Gottes Allmacht  
die Thürne und Mauern zu Jericho habe abgetragen/ und  
in Grund gestürzet. So solt man billig einen solchen öffent-  
lichen Gotteslåsterer/ der sich Gottes Allmacht vergleicht /  
an seiner Låsterlichen Zungen straffen/ damit alle andere / so  
Gottes Nahmen und Gewalt mißbrauchen möchten ein Ex-  
empel davon nehmen &c. Cum ergo ex hisce certum sit,  
sonum non potuisse naturalem causam esse ruinæ illius, ta-  
men nonnulli adhuc sunt, & inter eos SERARIUS l. c. qui so-  
num adhuc putant esse causam moralem. Verum, taceo  
nunc hypothesin scholasticorum, & in specie SVAREZII quem  
SERARIUS eodem loco citat, ex quâ κατ' ἀνθρώπων responde-  
re possem, & saltem moneo, quod sonus nec causa moralis  
cum morali motione nec sine morali motione dici queat nisi  
contra manifestam veritatem agere quis velit. Benè igi-  
tur se habent verba BENED. IUSTINIANI l. c. p. 834. b. *Qui ve-  
rò querunt utrum potuerit sonus nonnullam efficientiam divini-*

tus

us sortiri seu physicam seu moralem, alienò locò subtilitatem ostendant.

(a) In Ep. ad Heb. XI. Homil. 79. (b) Tract. cit. cap. VII. & XIV. (c) In Lib. Ios. Concion. XXIII. pag. 296. Edit. Lips. 1589.

## § 14.

Firmior itaque ac sanior nostra erit sententia, quâ CAUSAM h. l. AFFIRMABIMUS SUPERNATURALEM. Etenim  $\alpha$ ) ante adductæ pro sententiâ contrariâ rationes, potissimum meris. & planè infirmis constant conjecturis, quas ideò, cum  $\beta$ ) etiam ab his ipsis, qui tamen causas naturales hâc in re indagare tentarunt, debiles relinquuntur, seipsis supernaturalem agnoscentibus causam, meritò rejicimus;  $\gamma$ ) Non nimis in talibus scrutemur  $\pi\omega\varsigma$  seu causas, sed potius amplectemur  $\epsilon\pi\epsilon\chi\epsilon\upsilon$ , non tanquam ignorantia sed modestiæ Christianæ signum, quod etiam nos, uti semper à gravissimis Theologis factum fuit, observabimus. Placet laudati WALTH. addere verba (a) *De muris Jerichuntinis eorumque lapsus possibilitate pertonum consonum propter ignoratas & soni & murorum rationes malo  $\epsilon\pi\epsilon\chi\epsilon\upsilon$ , quam ut aut temerè aut stolidè concludam. d.* ) Attendamus quoque ad mandata divina, quibus certæ erant præscriptæ ceremoniæ, apparatus, silentium, circuitus repetiti & quidem septies, ubi MASIUS, SERARIUS, CORNEL. LAP. ABULENSIS aliique, numeri septenarii mysterium non inane putantes, divini aliquid ipsâ illâ specie denotari ostendunt. Vid. de septenarii ap. Veteres Sanctimoniâ ex multis NAZIANZENSIS (b) GELLIUS (c) MACROBIUS (d) ad quorum loca Docti plura adnotavere. Et quam pulchrè dicit D. FRIED. BALDUINUS (e) *Das war ja eine wunderliche Rüstung/ wer hatte jemahls gehöret/ daß von der Wosaunen Hall/ und dem Geschrey des Volckes/ solten starcke Thürme und Stadtmauren in einander fallen? Aber das war Gottes Werck. Mox Idem: Ohne Gedancken wird es nicht abgegangen seyn/ bey diesen Leuten / was wiltu machen? mit spaziren gehen*

gehen / und Posaunen-Blasfen wirstu die Stadt nicht gewinnen; Aber weil es der Herr ihnen befohlen und zugesagt / wenn sie es würden thun / sollten die Mauren einfallen / so mußte es auch geschehen / und also haben sie durch den Glauben die Stadt-Mauren eingeworffen.

(a) Dissertat. cit. loc. (b) in Orat. ibique Elias Cretensis. (c) lib. III. noct. Attic. cap. X. (d) Lib. I. in somn. scipion. cap. VI. (e) In der gründlichen Erklärung des Buchs Josue Homil. XIX. p. 327. Edit. V Vitteb. 1621. (f) l. c. Homil. XXI. p. 253.

## §. 15.

Hoc igitur ostensô , nullam hõc locõ dici posse ac debere ex natura proprie sic dictâ convenientem causam , tunc prorsus supernaturalem , quâ connexio causarum omnium invertitur , admittamus necesse est. Hanc verò tradiderunt alii solos Angelos , quod præprimis ABULENSIS (a.) sufficienter putat probâsse , alii Deum ministeriõ angelorum , alii solam Omnipotentiam agnoscunt divinam. Angelos quidem habere potentiam aut vim quandam operandi extra se , ut ex variis exemplis in Scripturæ Sacræ passim obviis patet , sed limitatam ac finitam , cum Max. Reverendo D. JOH GVIL. BAJERO (b.) Patronõ ac Præceptore nostro ætatem devenerandõ statuimus , sed ipsos præsens effecisse miraculum affirmare non possumus. Conf. B. SCHERZERUS (c.) dicens, *Angeli non vera miracula efficere valent , id enim solius DEI est Ps. LXXVII. 15. CXXXVI. 4. &c.* Nos secuti accuratiorum D. D. Theologorum aliorumque sententiam , SOLI NUM INI DIVINO HOC MALUMUS ADSCRIBERE MIRACULUM , an verò ab ipsõ immediatè aut mediatè angelorum ministeriõ istud fuerit factum , debitõ præterimus silentiõ. Et sanè a.) In revelatione , de miraculi hujus Autore hæc tantum legimus : *Et dixit JEHOVAH Iosue , vide , trade in manum tuam Jerichuntem & Regem ejus , valentes robore.* it. Iosue verba ; *Vociferamini nam dedit vobis JEHOVAH civitatem istam ; ex quibus apparet u-*

E

nicè

nicè Deo Autore muros Jerichuntinos fuisse deiectos. Nul-  
 lum autem est dubium,  $\text{אֱלֹהִים}$  hoc locò non Angelum, sed ve-  
 rum denotare DEUM, ubi vid. Max. Reverend. BATERUS, d.)  
*In universà, inquit, Scripturâ nullus occurrit locus, in quò  
 creaturæ alicui nomen  $\text{אֱלֹהִים}$  in casu rectò tributum reperiatur. Et  
 quando Angelus apparens, nomen hoc sibi vendicat, non tamen in-  
 telligendum esse creatum angelum, sed increatum seu Filium DEI  
 contextus ostendit, &c. β.)* IN EPIST. AD HEBR. XI. 30. Fidei hanc  
 murorum ruinam ab APOSTOLO legimus adscriptam: *per fi-  
 dem, ait, mœnia Jericho conciderunt.* Cum nullæ fuissent ma-  
 chinæ admotæ, nullusque apparatus naturalis videre erat,  
 ultro corruerunt muri civitatis. Credebant enim Israëlitæ,  
 Dominum propter Messiam, daturum illis possessionem terræ  
 Chanaan. Fides quippe secundum Apostolum est rerum spe-  
 randarum substantia & argumentum non apparentium, I.  
 Fides est certissima fiducia, quod cœlestia bona & corpora-  
 lia beneficia à Deo promissa, simus consecuti, quæ in spe expe-  
 ctamus. Eleganter CHRYSOSTOMUS in Ep. ad Hebr. C. XI.  
 Homil. XXVII. p. m. 658. a, G. scribit. *Non enim tubarum  
 sonitus murorum saxa dejecit, etiamsi per innumeros annos  
 quis tubis insonet, sed fides omnia valet. Intueris ubique, neque  
 sequela ulla rerum, neque naturæ lege mutationem fieri, sed spe  
 cuncta geri. Proinde etiam hic præter spem cuncta fiunt. Quo-  
 niam enim sursum atque deorsum dicebat, quia oportet credere &  
 spebus futuris regi omnem istum sermonem movit, ostendens quia  
 non tunc, sed ex initio omnia miracula per fidem impetrata & per-  
 fecta sunt.* Huc non ineptè referatur, notatu digna de Ro-  
 bertò Gallia Rege verè piò, historia, memorata post PAUL.  
 AMELIUM Veronensem (f.) IUSTO LIPSIÒ (g.) & I. TIRINO (h.)  
 Cujus insigni pietati ipse DEUS spectabili quòdam miraculo  
 testimonium satis evidens perhibuit, ut, dum Avallonem ob-  
 sideret, & præter id, quod laudes hymnosque ( quorum non  
 paucos ipse fecit) in tabernaculo concineret, muri istius urbis  
 spontè corruerent. Sed ad portum properamus, nihil am-  
 plius

plius vel addituri, minus conficturi in arduo isthoc circa Jerichuntinorum murorum lapsum miraculo, nec minus curiosè plura jam perscrutaturi. Nam γ.) Εἰς ἑσθλῆς Scripturæ Sacræ (i) divinitus quidem mandata fuit, verum sobria & salutis sitibunda; non Ingenii ostentatrix, fame venatrix, & inutilium sectatrix. Ab hac animi elatione Apostolus (k) dehortatur ne quis sapiat supra id, quod scriptum sit. Qui enim altius cupit sapere, desipere incipit verius. Malo ego cum Gregorio Nazianzeno (l.) nimis ignarus esse; quàm nimis curiosus, nimis timidus quàm nimis audax & temerarius: isto enim nemini nocere possumus hoc plurimis. Sit meta mei studii docta simplicitas, & Tua, ô JEHOVAH, Gloria, quam nunc & eternum predicabo cordicitus. Hisce Opel'æ colophonem addimus. Interim pro benignâ assistentiâ, datoque felici cœpti successu, sit

## SOLI DEO GLORIA.

- (a.) ad Ios. VI. quæst. XLIX. (b.) Compend. Theolog. Loc. de Angel. §. 15. p. 291. Edit. Jen. 1689. (c) System. Theolog. Loc. de Angel. §. 8. n. d. p. 101. Edit. Lips. 1685 (d.) Lib. cit. Loc. de Deo §. 2. not. d. p. 185. (f.) Lib. 3. de rebus gestis Regum Francorum fol. 97. Edit. Basil. 1601. (g.) Monit. & Exempl. polit. Lib. 1. cap. 2. mon. 4. (h.) ad Ios. cap. VI. fol. 192. b (i. sic loquitur celeberrimus dudum Lic. Ad. Rechenbergius, in Dissertat. de insanâ in Theologiâ curiositate sub Præfidiô B. Hieron. Kromayeri. Lips. 1668 habit. & denuò 1673. excusa. §. 12. & 37. (k.) 1. Cor. 1. 17. Οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγος. 1. Cor. II. 1. 4. Οὐ κατ' ὑπερβολὴν λόγος ἢ σοφίας, ἀλλ' ἐν παιδείᾳ ἀνθρώπινης σοφίας λόγοις. (l.) Orat. 26.



E 2

Dum

**D**um collapsa notas, *Oleari*, structa  
notabo

Ecce tuas dotes ingeniumq; puto.  
Iconis in nobis, divinæ rudera fulgent

O bene! quos istam restituisse juvat.  
Sic tecum struerent multi splendoris avita  
Marmora, quæ pietas ædificavit Eis.

*Optimi ac de Ecclesia & Rep. litteraria optime  
meriti Viri Filio, amulo, Conuictori suavissimo  
gratulab. scribeb.*

**Caspar Sagittarius D.**

**A**ls Vorspiel von dem Jahr / so tausend Blumen  
träget

Giebt sattfam zuverstehn / was einst zu hoffen sey:  
Der Ast / der noch anist nur Blüt und Blätter heget /  
Erägt schon den Hoffnungs-Grund zum reiffen Herbst  
bey.

So / da wir / Werthester / die schöne Frühlings Gaben /  
Die dein Gehirne bringt / in ihrem Schmucke seh'n  
Heist uns dein theurer Fleiß die sichere Hoffnung haben  
Es werde fort dein Geist voll reicher Früchte steh'n.

Wohlan der starck: Gott ertheile seine Güte  
Und lasse deinen Lenz hinsort gesegnet seyn /  
Die schönste Witterung erhalte deine Blüte /  
So trägt ein reiffer Herbst einst Nutz und Ehren ein.

Dieses wolten aus sonderbahrer Liebe und Freund-  
schafft Glückwünschende beyfagen.  
Desselben

**Sämbeliche Lands-Leute.**

os(o)is

01 A 6541

f

ULB Halle 3  
 003 090 396



TA → OL

1018  
VJ 17









1.

**A P S O S**

**H V N T I S**

**R O S**

*B. 138.*

*76.*

VI. 20. memoratos,

**ENIFICENTISSIMO**

**NCIPE AC DOMINO**

**GVILIELMO**

**ULIACI CLIVIAE**

**R. & WESTPHAL.**

**&c.**

**V N T E**

**A SCHMIDIO**

**h. P. P.**

CIO IDC X C

NE ACADEMICA

estigabit

**RUS OLEARILIS Hall. Saxo.**

**ESPONDENS.**

is **KREBSIANIS.**